

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones  
CXXIIII - Cod. Aug. perg. 47**

**Augustinus, Aurelius**

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Sermo CVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](#)

tamquam in uno & seminitio quod est xp̄s. si ergo semen abrahæ hoc est  
xp̄s. quid aliud dictum est quib; dictum est. ergo abrahæ semen est. nisi  
ergo xp̄s est. inde est quod alio loco idem ipse apostolus ait. nunc gaudeo  
in passionibus prouobis & ad impleo ea quae desunt pressurarum xp̄i incar-  
ne mea; non dixit pressurarum mearum sed xp̄i quia membrum erat xp̄i &  
insuis persequitionibus quales xp̄m i totu suo corpore pati oportebat. & iam  
ipse pressura eius prosua portione ad implebat; quod ut hoc & iam loco cer-  
tum sit. ad tene sequentia. cum enim dixisse. & pro eis ego sc̄ifico me ipsum.  
ut intellegemus hoc eum dixisse quos eos sc̄ificare. ipse mox addidit. ut  
sint & ipsi sc̄ificati in ueritate; quod quid est aliud quam in me secundum  
id quod ueritas est uerbum illud in principio dicitur. in quo & ipse filius hominis  
sc̄ificatus est ab initio creationis sua. quando uerbum factū est caro. quia  
una persona facta est uerbum & homo. tunc ergo sc̄ificauit se in se. hoc  
est hominem in uerbo; sed quia unus xp̄s uerbum & homo sc̄ificans ho-  
minem in uerbo. propter sua uero membra. & pro eis inquit ego. id est  
quod prospic & iam ipsis. quia & ipsi sunt ego. sicut mihi profuit in me quia  
homosum sine ipsis. & ego sc̄ifico me ipsum. hoc est ipsis in me tamquam  
me ipsum sc̄ifico ego. qn̄m in me & iam ipsis sunt ego. ut sint ipsis sc̄ificati in  
ueritate; quid est & ipsi. nisi quem ammodum ego in ueritate quod ipsum  
ego. Deinde iam non solum de apostolis sed & iam de suis carceris membris in-  
cipit dicens. quod donante ipso alio sermone tractandum est.

**INCIPIT SERMOCVIII. DE EO QUOD DICIT NON PROBIS  
AUTEM ROGOTANTUM SED ET PRO EIS QUI CREDITURI  
SUNT PER UERBUM EORUM IN ME.**

**D**ñs ih̄s iam sua propinquante passione cum orari & prodiscipulis suis  
quos & apostolos nominauit. cum quibus cenauerat ultimam censem.  
de qua traditor eius per buccellam manifestatus exierat. & cum quibus post  
eius regressum antequam pro eis oraret. multa fuerat iam loquitus. adiuxit  
& clericos qui in eum fuerant credituri. & ait ad patrem. Non probis autem  
rogo tantum. id est prodiscipulis qui cum illo tunc erant. sed & pro eis in-  
quit qui credituri sunt per uerbum eorum in me. ubi omnes suos intellegi-  
uolunt. non solum quin tunc erant in carne. sed & iam qui futuri erant. quot  
quot enim postea crediderunt in eum. per uerbum apostolorum sine dubio  
crediderunt & donec ueniat credituri sunt; ipsis enim dixerat. & uos testi-  
monium perhibetis. quia ab initio mecum estis. & per hunc euangelium mi-  
nistratum est & antequam scriberetur. & utiq. quisquis in xp̄m editetur  
euangelio credit; non itaq. hitantum intellegendi sunt quos ait in se credituros

per uerbum eorum qui ipso cum in carne uiuerent apostolos audierunt.  
 sed & post obtutum eorum & nos longe post natu per uerbum eorum credidimus in xp̄m. qm̄ ipsi quicum illo tunc fuerunt quod ab illo audierunt.  
 ceteris predicarunt. atq; ita uerbum eorum ut & iam nos credemus ad nos usq; peruenit ubicumq; est eius ecclesia. & peruenturum est ad posterorū quicumq; ubicumq; in eum postea creditur sunt; potest itaq; uideri h̄s in hac oratione non orasse pro quibusdam suis. nisi diligenter scrutemus in eadem oratione uerba eius; si enim pro eis prius orauit sicut uim ostendimus quicum illo tunc erant. postea uero & iam pro eis qui per uerbum eorum in illum fuerant credituri. potest dici non orasse pro illis quineq; tunc erant cum illo quando ista dicebit. neq; per uerbum eorum postea sed in eum. siue per ipsos siue quomodo libet tamen ante crediderant. numquid enim cum illo tunc erat nathanahel. numquid ioseph ille ab arimathea quicorpus eius a pilato percūit. quem iam discipulum eius fuisse iste ipse iohannes euangelista testatur. numquid maria mater eius & aliae feminae quae eius discipulari in euangelio iam tunc fuisse dicidimus. numquid cum illo tunc erant de quib; sepedicit idem iohannes euangelista. multi crediderunt in eum. nam unde erat multitudo illi eorum quicum ramis partim praecedebant. partim sequabantur insidentem iumento dicentes. benedictus qui uenit in nomine dñi. & cum eis pueri de quibus ipse ait fuisse predictum. ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. unde quingentifr̄ quibus simul post resurrectionem non apparuiss&. nisi in eum ante credidissent. unde illi centum & nouem quicum isti undecim centum & uigintierant. quando simul congregati post eius ascensum expectauerunt & acceperunt promissum sp̄m sc̄m. unde erant isti omnes. nisi ex illis de quibus dictum est. multi crediderunt in eum. Non ergo pro eis tunc saluator orauit. qm̄ pro eis orauit quicum illo tunc erant. & pro aliis qui per uerbum eorum in eum non iam crediderant. sed fuerant credituri; isti autem ne cum illo tunc erant. & in eum iam ante crediderant. omittō dicens de sy meone sene qui infatulum credidit. De anna prophētissa. De zacharia & elȳ sab&h qui eum prophētaverunt ante quam de uirgine nascetur. Defilio eorum iohanne precursor eius amico sponsi. qui eum & in sc̄o sp̄u agnouit & absentem praedicauit & aliis agnoscendum cum praesens est & ostendit. hos omittō. qm̄ responderi potest orandum protalibus mortuis non fuisse. quicum magnis suis meritis hinc abierant & recepti quiescebant; hoc enim & de antiquis iustissimiliter respondetur; quis enim eorum ad damnatione totius massa perditionis quae per unum hominem facta est. saluus esse potuisset. nisi in

unum mediatorem dī & hominum incarnē uenturū reuelante spū  
credidis. sed num quid ei pro apostolis orandum fuit. & protam multis  
qui in hac uita adhuc erant. Nec cum illo tunc erant. & ante iam credide-  
rant orandum non fuit. quis hoc dixerit. Intellegendum est igitur quod  
nondum in eum sic crediderant quomodo in se credi uolebat. quando qui-  
dem & ipse p̄rus cui confitenti & dicenti. tu es xp̄s filius dī uiui. tam mag-  
num testimonium perhibuerat. magis eum mori nolebat. quam mortuū  
resurrectum esse credebat. unde mox ab eo appellatus est satanas. fi-  
deliores itaq; repperiuntur qui defuncti iam fuerant & resurrectum  
xp̄m reuelante spū non utiq; dubitabant. quam illi qui cum credidissent  
ipsum redemptum israhel uisa eius morte spem totam quam de illo  
habuerant perdiderunt. Nihil itaq; melius credimus. quam post resurrec-  
tionem in pertito spū scō & doctis & confirmatis apostolis eisq; in ecclesia  
primitus doctoribus constitutis. per eorum uerbum sic alios credisse quē  
āīmodum in xp̄m credi oportebat. id est ut fidem resurrectionis eius  
tenerent. ac per hoc & illos omnes qui iam in eum credidisse uidebantur.  
ad eorum numerum pertinuisse pro quibus orauit dicens. Non prohibuit  
rogo tantum sed & prohibuit quicquideturisunt per uerbum eorum in me.  
sed restat nobis ad istam quaestionem adhuc soluendam beatissimis aposto-  
lis & latro ille crudelis insecessus. fidelis in cruce. paulus quippe apostolus  
non ab hominibus. neq; per hominem. sed per ihm xp̄m refactum dicit  
apostolum & de ipso suo euangelio loquens. Neq; enim ego ab homine  
acepi illud. neq; didici. sed per reuelationem ihu xp̄i. quomodo igitur  
erit in eis de quibus dictum est. crediturisunt per uerbum eorum in me.  
Latro uero ille tunc credidit. quando in ipsis doctoribus fides quaefuerat  
qualiscumq; defectit. nec ipse itaq; per eorum uerbum creditit in ihm  
xp̄m. & tamens sic credidit ut quem uidebat crucifixum conseruit non  
solum resurrectum. uerum & iam regnaturum dicendo. memento mei  
cum ueneris in regnum tuum. proinde relinquitur. ut si dñs ihu hanc orati-  
one prosuistis omnibus quicquam. in hac uita quae temptatione est super ter-  
ram uel tunc erant. uel futuri erant. orasse credendum est. Sic intellegam  
quod dictum est. per uerbum eorum. ut ipsum uerbum fidei quod praedi-  
cauerunt in mundo. hic significatum esse credamus. Dictum autem esse uer-  
bum eorum. qm ab ipsiis est primitus ac precipue predicatum. Iam enim  
ab ipsiis praedicabatur interra. quando per reuelationem ihu xp̄i ipsum  
uerbum eorum paulus accepit. unde & contulit cum eis euangelium. ne  
forte in uacuum cucurriat aut curreret. & dexteras eis dederunt. quia

& in illo quamvis non per eos illiditum, tamen uerbum suum quod iam pre-  
 dicabant & in quo fundati fuerant inuenierunt. de quo uerbo resurrectionis  
 xp̄i idem dicit apostolus. siue ego siue illi sic predicamus & sic credidistis.  
 & iterum hoc inquit uerbum fidei quod predicamus. q̄a si confessus fue-  
 ris in ore tuo. quia dñs est ih̄s & credideris in corde tuo quia dñ illum suscita-  
 uit a mortuis. saluus eris. & in actibus apostolorum legitur. quod in xp̄o d̄ de-  
 finierit fidem omnibus. suscitans eum a mortuis; hoc uerbum fidei q̄a prin-  
 cipaliter ac primus per apostolos qui ei cohererant. praedicatum est. ideo  
 uerbum eorum dictum est; neq; enim propterea non est uerbum dī. quia dic-  
 tum est uerbum eorum. cum dicit idem apostolus thessalonicensis exce-  
 pisce a se non ut uerbum hominum sed sicut est inquit uerbum dī. ideo  
 ergo dī. quia dñ id donauit. eorum uero uerbum dictum est. quia hoc praedi-  
 candum illis dī primitus ac precipue commendauit; ac per hoc & iam ille  
 latro infidei sua uerbum eorum habebat. quod eorum propterea dictum  
 erat. qm̄ praedicandum ad eorum officium primitus ac precipius perti-  
 nebat. Deniq; cum murmur factum esset de ministerio mensarum a uidu-  
 is grecorum antequam paulus credidisset & in xp̄o. responderunt apostoli  
 quidno ante cohererunt. Non est bonum nos relinqueret uerbum dī & mi-  
 nistrare mensas; tunc ordinandos diaconos prouiderunt. ne ipsi apredi-  
 candi uerbi auocarentur officio. Unde merito dictum est uerbum eorum  
 quod est uerbum fidei per quod omnes in xp̄m unde cumq; id audierint  
 crediderint. uel audituri & crediturisunt; ergo illa oratione pro omnibus  
 quos redemit. siue tunc in carne uiuentes siue postea futuros redemptor  
 noster orauit. cum rogans pro apostolis quiccum illo tunc erant. adiunxit  
 & iam illos qui per eorum uerbum in eum fuerant credituri. quid autem  
 adiunctis illis deinde dicit. alia disputatione tractandum est.

**INCIPIT SERMO CX DE EO QUOD DICIT NT OMNES UNI  
 SINT SIC UT TUPATER IN ME ET ECO INTE USQ; AD ID  
 ET DI LEXISTI EOS SIC UT ET ME DI LEXISTI**

**C**um dñs ih̄s orasset pro discipulis suis quos tunc secum habebat atq;  
 adiunxit & suos alios dicens. Non prohibeatem rogo tantum sed  
 & pro eis qui crediturisunt per uerbum eorum in me. uelut quae sit enim  
 quid uel quare pro illis rogar; continuo sub intulit dicens; ut omnes unū  
 sint. Sicut tu pater in me & ego in te. ut & ipsi in nobis unum sint. & supe-  
 rius cum adhuc prosolus discipulis quos secum habebat oraret. Pater sc̄e  
 inquit serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut &  
 nos; hoc ergo & iam nunc & pro nobis rogauit. quod tunc pro illis ut omnes